



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1546. usque ad annum 1549

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1770

VD18 90118529

§. 28. Roberti Stephani Biblia jussu Regis a Facultate Parisiensi examinata.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66608](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66608)

latim cuncta discutit: at in prælectione *Sæcul XVI.*
de potestate Ecclesiastica, hanc Ecclesiæ *A.C. 1546.*
 universali competere negat, sancto au-
 tem Petro, ejusque Successoribus pote-
 statem jurisdictionis attribuit. Porro
 Salmanticæ, ubi literas tradidit, etiam
 die decima quarta Augusti naturæ de-
 bitum persolvit.

§. XXVIII.

*Roberti Stephani Biblia jussu Regis
 a Facultate Parisiensi examinata.*

Hoc anno Christi millesimo quingen- *Argent. coll.*
 tesimo quadragesimo sexto die quar- *jud. tom. I.*
 ta Novembris Theologica Facultas Pa- *app. p. 17. t.*
 risiensis literas a Francisco I. Rege scri- *2. p. 143.*
 ptas accepit, vi quarum hujus Faculta-
 tis Doctores solerter examinare jube-
 bantur Bibliorum editionem, quam Ro-
 bertus Stephanus anno Incarnationis
 Dominicæ millesimo quingentesimo qua-
 dragesimo quinto concinnavit, ubi vul-
 gatæ etiam Leonis Judæ versio, nec-
 non annotationes Vatablo adscriptæ e-
 rant appositæ. Equidem Vatablus tan-
 ta Hebraici idiomatis peritia claruerat,
 ut ipsimet Judæi sæpius Parisiis in Re-
 gio Collegio eundem cum summa eru-
 ditione sacras Paginas interpretantem
 auscultarent, nec minori etiam Græcæ
 linguæ scientia erat imbutus, unde om-
Hist. Eccles. Tom. XXXIX. D nes

Sæc. XVI.
A.C. 1546.

nes hunc virum excipere avide certabant, hinc etiam Robertus Stephanus cum ceteris accurrens annotationes, quas celebris hic Doctor ad sacras literas in publicis prælectionibus subjecerat, diligenter collegit, easque Bibliorum, quorum hic mentionem facimus, editioni annexuit: verum hasce annotationes ea integritate, qua ex Vatabli ore hauserat, adeo non publici juris fecit, ut etiam illas plurimum depravarit, atque earum non paucas novis erroribus accommodaverit: quapropter Lovaniensis Universitas, quæ cuncta veræ fidei adversa vigili oculo observabat, præ ceteris prima contra hasce annotationes insurrexit, easque damnavit, unde fors etiam Francisci I. Galliarum Regis zelus adeo accendebatur, ut Parisiensem Facultatem ad Lovaniensis exemplum ad æqualem solertiam, atque eandem hujus libri damnationem, si necesse foret, excitaret. Data est Regis epistola ex Fonte-bellaquensi Palatio.

§. XXIX.

Status Religionis in Anglia.

Burn. tom. I. liv. 3. p. 467. Interea Religio semper in Anglia juxta Henrici Regis arbitrium, ac præcepta servabatur, cum vero idem Rex haud multos vitæ suæ dies adhuc reliquos habere